

M. GEORGII ANDREAE VINHOLDI (a)  
 SCHOLAE QVAE CYGNEAE EST  
 RECTORIS MERITISSIMI

# PROGRAMMA

DE  
 QVIBVS DAM NOTIS ET INSIGNIBVS  
 BIBLIOPOLARVM ET TYPOGRAPHORVM.

CVRA  
 FRIDERICI ROTH-SCHOLTZII  
 HERRENSTADIO-SILESI.

 Uerit fortassis non ingratum lectori, ob-  
 lata hac occasione, notas quasdam Biblio-  
 polarum & Typographorum, quibus  
 opera sua ab aliis distincta esse voluerint,  
 vel levi brachio tractatas ac recensitas cognoscere.  
 Quocirca sequentes, potissimum e forulis Biblio-  
 thecae nostrae, nunc communicabo.

GEORGII ANGELIERII, *Veneti*, Truncus ar-  
 boris sacrae, isque fractus, ex quo ramus aureus  
 propullulat, addita interpretatione: *Simili fronde-  
 scet virga metallo*, Aen. Virg. L. 6. pertinet ad cele-  
 brandam DEI gratiam & providentiam, piorum  
 damna novis resarcientem fortunae muneribus.  
 Nunquam viduam Sareptanam gemellar, seu olla  
 olearia defecit: neque Discipuli Christum secuti un-  
 quam aut usquam fame contabuerunt. Ejusmodi ra-  
 mum aureum Aeneae decerpendum Sibylla Cumaea  
 commendaverat, cum patrem Anchisen visurus apud  
 inferos, regnum Proserpinae adire vellet. Neque  
 ante atra Ditis umbracula fas erat accedere, quam  
 L tale

(a) Siehe das neu-eröffnete Museum. Sechste Oeffnung, 8. Leipzig, 1715.  
 pag. 524, et seqq. alwo dieses Programma recensiret worden.